Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Brevis Instructio De Moneta Rotata

Neller, Georg Christoph

[Trier], [MDCCLX?]

VD18 10148582

urn:nbn:de:gbv:45:1-16290

Visual Library

BREVIS INSTRUCTIO
DE
MONETA ROTATA,
Von der
Rader-Münz,
UNA CUM PARERGIS
PRO EXERCITIO
AD TENTAMEN INAUGURALE QUALIFICANTE
AD DIEM 6. SEPTEMBRIS, AB HORA IX. USQUE AD XI.
PROPOSITA,
PRÆSIDE
PLURIMUM REVERENDO, PRÆNOBILI, CLARISSIMO,
CONSULTISSIMOQUE VIRO, AC DOMINO,
D. GEORGIO CHRISTOPH. NELLER,
U. J. D., & ad Doctoratum Ss. Theologiæ admisso, Eminentissimi Principis Electoris, & Archi-Episcopi Trevirensis Consiliario Ecclesiastico actuali, Vicariatûs, & Consistorii Episcopalis Wirceburgensis Assessore pariter actuali, Ss. Cæsarearum Majestatum per Imperium, & Ditiones Austriacas Comite Palatino, insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Simeonem Treviris Canonico Capitulari, Syndico, & Bibliothecario, SS. Canonum in almâ, & antiquissimâ Universitate Trevirensi Professore Publico, ejusdémque, & inclytæ Facultatis Juridicæ Assessore,
DEFENDENTE
NOBILI, AC ORNATO DOMINO
JOANNE WEBER, ex Estrich propè S. MATHIAM,
AA. LL. & Phil. Magistro, Juris utriusque Auditore.
TREVIRIS *in Auditorio Juridico Majore Vici Thirici,*
Anno MDCCLX.

Typis JOANNIS CHRISTOPHORI ESCHERMANN.

Landesbibliothek Oldenburg

OPPUGNANTES.

NOBILES, AC ORNATI DOMINI,

R. ac doctissimus D. JOANNES PICARD, ex Villertortru Sacerdos, ad SS. Theol. Doctoratum admissus.

D. JOANNES JOSEPHUS DORION, Mirecurtius, AA. LL. ac Philosophiæ Magister.

Jurium Auditores.

Landesbibliothek Oldenburg

Landesbibliothek Oldenburg

REVERENDISSIMO,
ILLUSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D. FRANCISCO CAROLO LUDOVICO L. B. BOOS

DE WALDECK & MONTFORT,
ECCLESIÆ METROPOLITANÆ TREVIRENSIS
CANONICO CAPITULARI,
ET
DECANO,
Domino temporali in Kilburg, Ramstein, Feltzen,
Cordel, Diesburg &c. &c.
Reverendissimi & Eminentissimi PRINCIPIS ELECTORIS
Trevirensis CONSILIARIO STATUS INTIMO, Regiminis
Electoralis Aulici PRÆSIDENTI,
NEC NON
Augustæ Trevirorum PRO-PRINCIPI &c. &c.

DOMINO, AC MÆCENATI MEO
PERQUAM GRATIOSO.

Landesbibliothek Oldenburg

REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME PRO-PRINCEPS,

Domine Domine perquàm gratioſe!



JUNO, Suidâ *narrante*, *gentilibus agnominabatur* Moneta, *quaſi bona* monitrix, *pro eo, quòd Romanos in bello adversùs Pyrrhum, & Tarentinos, dum laborabant pecuniâ, ope, conſilióque numinis ſui juviſſet: grati proinde Romani percuſſerunt in ipſo Junonis templo memorem moniti nummum, ut conſecratæ monetæ religio Urbi Deam, Dea Jovem conciliaret: Sic moneta*

Landesbibliothek Oldenburg

facta est sacra, sic divinitas hominum opitulatrix facta est moneta, & rectè; Juno namque cœli terræque maxima regina, Moneta orbis domina est, ipsos adeò cœlos penetratura, quando in pauperum sinus profundetur, Jovíque magno dominatura. Quorsum ista loquor? Ut fas sit mihi, monetam rotatam, quatuor S. R. I. Electorum Rhenensium insignibus fulgentem, ad aram Junonis, *id est, Tuæ,* EXCELLENTISSIME PRO-PRINCEPS, *patriam Trevirensem corregentis* Sapientiæ, *omnibus opitulantis, hodie, antequàm publico conspectui exponatur, devotâ mente deponere: nihil enim magis justum fore putavi, quàm, quòd prodiens ex latebris rursùs in lucem nummus ad summum increatæ Sophiæ Templum à me religiosè deferatur; nihil porrò convenientius, quàm quòd illius Prælati collocetur in manibus, quem tanta Ecclesia principalem ab Archi-Episcopo Rectorem, oblationúmque fidelium fidelem dispensatorem veneratur, suspicit, amat. Digne-*

Landesbibliothek Oldenburg

tur itaque REVERENDISSIMA, ET ILLUSTRISSIMA EXCELLENTIA TUA *pro ſuâ etiam erga plebejos deprædicatâ comitate, atque philanthropiâ, phylargiriæ inimicâ, donum hócce monetale Sibi habere acceptum, licet ex eo nec prædicatum* divitis, des Reichen *Boiſen, ùt de Majoribus Suis anno* 1346. JOANNES, *ſit conſecutura, neque tot florenos auri, quot anno* 1497. HERMANNUS BOISS de Waldecken *Electori Trevirenſi in expeditionem Boppardienſem mutuos dederat; ſatis enim Tua Generoſitas ſe divitem reputat, cùm clientibus ad Curiam ſuam toto die meantibus abundat: hic Junonis, hoc Jovis, proprius, veréque divinus character eſt, ut, cùm ipſi rerum, opúmque omnium ſint domini, ope potiùs mortalibus ferendâ delectentur, quàm opibus mortalium. Sentiat hoc, Tuæ nobiliſſimæ Indoli ſolicitè comatum, cœleſte beneficentiæ univerſalis donum Respublica Trevirenſis plurimos adhuc in annos, tanti ſui Pro-*

Landesbibliothek Oldenburg

Principis longævâ incolumitate gaudens! Ego autem inter congaviſuros cives primus affectu, poſtremus ordine, tenuis in jure fortunæ textor, votis ardentiſſimis caleo, Parcas exoraturus, ut filum vitæ tuæ texant quàm longiſſimum, profundiſſimâ veneratione avens perpetuò ſcribi, & eſſe

Reverendiſſimæ, Illuſtriſſimæque Excellentiæ Tuæ

Servus, ac Clientulus
humillimus, devotiſſimúsque
JOANNES WEBER.

Landesbibliothek Oldenburg

I. N. J. C.

§. I. MONETÆ antiquæ *rotatæ* nomen, & usus jam diu evanuit, sic, ut permulti ignorent, quanti hodie sit ista, quæ tam celebris per trecentos ferè annos fuerat *in terrâ Rhenensi*, moneta *argentea:* hinc in reemptione, aut solutione antiquorum censuum, in hoc pecuniæ genus conceptorum, surgunt in foro dubia, * quibus occurrere æstimavi operæ pretium fore JCto Trevir.

* SÆPE enim debentur *floreni* rotati, Rader-Gulden, sæpè *albi* rotati, Rader-Albi, Rader-Weißpfenninge, quandoque *solidi* rotati Rader-Schillingen. De duabus postremis speciebus jam dixi quædam in *brevi Instruct. de solid. speciei argent.*, sed fatens, me versari adhuc in obscuro: nunc autem luce fruor, quam communico, illud Lazari *Bayfii* in

præfat. ad l. *vestis* de aur., & arg. præmittens; *Nihil mihi de impetrandâ veniâ laborandum, etiamsi nonnullis in locis lapsus fuerim; ego enim hâc lege opus edidi, mihi posthac ut integrum esset, perversa mutare, errata corrigere. Cur enim mihi non liceat, quod* BUDÆO *licuit?*

II. ATQUE ne multum diu suspendam curiosos discendi, statim definio: *Moneta* rotata *erat moneta* simplex *Trevirensis* DUPLICATA: sive, *alterum tantum monetæ cursibilis Trevericæ.* *

* ID est, *florenus rotatus* fuerunt *duo floreni simplices*, vulgò Mosel-Gulden, Mosel-Güllen, sive 48. petermengi, seu, quod idem est, 4. capitella: *Albus* per antonomasiam, aut cum addito: *rotatus*, erant 2. petermengi: *denarius* (penningus) *rotatus* 2. denarii, sive penningi Trevir. *Hallensis* rotatus 2. Hallens. Trevir. Scias autem, *album simplicem* Trevirorum (ein schlechter Weyßpfenning, ein petermengen) dividi nunc, sicut olim, in 12. Hallenses mentales, & octo penningos *veros*.

III. UTRIUSQUE monetæ schema est hoc:

Schema monetæ Trev. simplicis.

	denar. Trev.	hallens. Trev.
Albus, petermengus	8.	12.
Cruciger Trevir.	4.	6.
Duplus Trev., Semicr.	2.	3.
Denarius Trevir.	- -	$1\frac{1}{2}$.

Schema monetæ rotatæ.

	denar. Trev.	hall. Tr.
Albus rotatus, 8. den. rot.	16.	24.
Dimidius alb. rot., 4. den. rot.	8.	12.
Denar. rotat., $1\frac{1}{2}$. hall. rot.	2.	3.
Hallensis rotatus - - - -	- -	2.*

* HOC est, quod *Mameranus* in supputatione priscæ monetæ ad monetas sui temporis anno 1550. scripsit: *Albus rotatus valet* HALLEROS GRAVES (*exceptis Argentinensibus*) *ut sunt Rhenani, Bingani, Francfordiani,* DUODECIM, *seu* DENARIOS *sive* PFENNINGOS *communes* OCTO, *ut sunt denarii rotati Principum Electorum, Francfordiani, Suevici, & quivis alii.*

IV. CONCORDAT cum isto schemate *Observatio antiquæ monetæ*, quam dedit anno superiore ex registris *S. Irminæ* in horreo Trevir. *brevis Instructio de solido speciei argenteo* §. XVIII., sed tunc minùs feliciter exposita, quam proinde repeto:

Landesbibliothek Oldenburg

3. solidi, sive Schilling, faciunt 2. denarios *rotat.*
8. denarii rotati unum album *rotatum.*
6. solidi faciunt unum album *simplicem.*
2. albi *simplices* unum album *rotatum.*

Par ratio de denariis, quod expone: duo denarii *simplices* faciunt unum denarium *rotatum.*

12. solidi faciunt unum album rotatum: intellexit per solidum *hallensem rotatum*, sive *tertiam partem* unius cruciati Trevir.
12. Heller faciunt unum album *simplicem.*

In prædictâ Instructione feci ex albo rotato *medium capitellum*, album simplicem accepi pro *triario* Trevir., sed non est ita, ùt tunc quidem rebar inductus ab aliis priùs me errantibus.

Observatio incidens 1. circa *solidum.* Vox hæc æquivoca fuit. Jam ostendi in *cit. Instruct.*, sub *Wernero* Archiep. *Solidum speciei* fuisse eundem nummum, qui posteà seriùs à parvitate, & imagine S. Petri clavigeri *vulgariter* dictus est *petermengus*: de quo solido Registra Electoralia, ibid. §. IX. in not. allegata, dicunt: *Solidus pro sex Hallensibus rotatis.* Item: *Solidus pro 4. denariis, vel sex hallensibus.* Monui quoque §. XXVIII., in antiquis computibus aliquando acceptum esse *solidum* pro *simplici* Hallensi Treverico, sive 12*mâ parte* unius petermengi: in prædictâ Observatione *St-Irminensi* etiam accipitur pro *Hallensi*, sed *rotato*, ad distinctionem ab Hallensi *Trevir.*, sicut ejusmodi solidum jam anno 1473. ita sumptum fuisse, probavi ibid. §. XXVII. Id ipsum ulteriùs probat Charta pergamena Archivi S. Simeonis de hâc urbe de anno 1464. Als verre solche Zyns nit über sees Wyßpenning, nehmlich 36. schillingk trierischer werrunge, lauffent: Sumebatur hìc unus albus pro petermengo: obligaverat se colonus Ecclesiæ perpetuus annuè ad Seesen-halben (id est 5 ½. Kauffmanns-Gulden, je 20. Wyßpenning, oder sees pond trierischer werrunge, vor den Gulden: in dorso obligationis annotatum est: 4. *flor.* 14. *alb.* id est, secundùm antiquos computus S. Simeonis, 110. petermengi: faciunt 5. tales floreni *mercatorum* 100, dimidius 10. Eodem modo Schillingum adhuc an. 1514. sumpsit Computus Præsentiariæ: *A Cellerario* B. *Maximini* 25. *Schilling*: *Item ab eodem in die* Agritii 25. *Schilling*, quos 50. solidos aliud registrum ad albos petermengos sic reduxit: *Cellerarius* S. *Maximini de Stationibus*, *videlicet* S. *Maximini*, & *Agritii*, 8. *albos* 4. Heller. In eodem computu legitur sub rubricâ *minutorum* censuum: *à Cellerario Ecclesiæ nostræ in die Corporis Christi* 22. *Schil-*

ling: *facit 3. albos* 8. Heller, i. e. 4. petermengos, minùs unâ tertiâ unius petermengi. Consonat alius de an. 1500. *In festo Purificationis B. M. V. de stationibus à Celleravio majoris Ecclesiæ* 15. *solidi, facit* $2\frac{1}{2}$. *alb. Ab eodem in die Paschæ de Stationibus* 17. *Solidi, facit* 2. *alb.* 10. Heller. *Ab eod. de station. Nativit. Mariæ* 35. *solidi, facit* 5. *alb.* 10. Heller. Non sic accepit an. 1502. *Joannes* Badensis, Archiep. Trevir., *solidum*, quando valvavit: Ein trierisch schilling 4. Heller, nempè Nader-Gelds. *Monet. Trevir. in Prodromo Hist. dipl. Trev. Tom. 2. pag.* 1182., sed, more tunc usitato, pro *cruciato* Trevir., qui ita bonus erat, ut tunc valvaretur ad 4. Hallenses rotatos, sicque eorum tres valerent album *rotatum*, sive 4. *Cruciatos* modernos Trevir. Et secundùm hoc corrige dicta in brevi *Instr. de Solido Speciei* §. VIII. XIX., *& in Spicileg. ad* §. VIII.; ibi enim *Hallensis rotatus* non est noster *duplus*, sed *minor eo*, nempè *tertia pars* cruciati nostri Treverici.

Observatio incidens 2. Miraberis, quòd instrumentum anni 1464., paulò suprà in *Observat.* 1. citatum, computet *6. libras* valoris Trevir. pro 20. petermengis; sed idipsum quoque fecit prædicta observatio St-*Irminensis* his verbis:

1. libra facit 20. solidos.
20. solidi faciunt 3. albos simplices, & 2. solidos.
2. libræ faciunt 6. albos simplices, & 4. solidos.
3. libræ faciunt 10. albos simplices.
10. albi simplices faciunt 5. albos rotatos.

V. Ad *utrumque pedem*, id est *simplicem*, & *rotatum*, quadrat alia observatio, anno 1582. quoad terram Palatinam circa Crucenacum facta hunc in modum:

Ein Gulden ist 24. Albus.
Zwölff Heller machen einen Albus.
Ein Schilling thut 6. Heller, 2. Schilling 1. Albus.
Acht Pfenning thuen einen Albus.
Ein Pfenning anderthalb Heller. *

Landesbibliothek Oldenburg

* RELATIO Commissariorum ad visitandam curtem S. Maximini in *Sauer-Schwabenheim*. Hæc divisio quadrat monetæ Trevirensi *simplici*, & *rotatæ*. Sed, quia pro terris Palatinis erat, magis intelligenda est de monetâ *rotatâ*, ubi florenus 2. *capitellorum* non legitur fuisse in usu: accedit, quòd & libra numeralis ibidem major fuerit, quàm Treviris: Ein Pfund Heller ist 6. alb. Accepi nuper album rotatum *Friderici* IV. Electoris Palatini, cusum *Manhemii* anno 1610., æqui ponderantem duobus hodiernis petermengis, illis lothone parem, nempè 5. lothon., quamvis propter artificialem coctiram (ein gekünzelter Sud) facietenùs appareat esse purior. En cuneum:



VI. MONETA *rotata* cepit initium Sæc. XIV. transeunte in XV., quo tempore percutiebantur 1.) *floreni* aurei Rhenani *novi*, sub Archiep. nostris *Wernero*, *Ottone*, *Rabano*, *Jacobo* I., & *Joanne* II., sed *deteriores antiquis*. * 2.) Novi *albi grossi*, pariter minores grossis *antiquis*: hi erant *alterum tantum* alborum, de quibus mox immediatè. ** 3.) *Albi rotati*, quorum 20. ad 24., imò demùm 26. ad 28., fecerunt illum florenum auri: *** 4.) *Dimidii* albi *rotati*, apud nos dicti petermengi. **** 5.) *Trilingi*, Drey Hellerer, sive Trevir. *cruciati*. ***** Et denique 6.) *Hallenses*, quorum 12. facerent album rotatum, 288. illum florenum. ******

* *Antiqui* aurei sub *Cunone*, & *Wernero* tenebant 23. caratas boni auri, *novi* autem duntaxat ab initio 20, deinde 19. carat. *Monetar. Trev.* ad an. 1425. 1444. 1464., collatum cum his, quæ habet ad an. 1385. & 1391.

** De his vid. *Dissertat. ad Clem.* 2. *de Magistr.* §. XXV. & XXVI.

*** CONVENTIO quatuor Rheni Electorum de anno 1444., Wyßpen-

Landesbibliothek Oldenburg

ning soll man schlagen, die sullen halten 8. pfenning kunnings-silber (hodie communiùs dicimus 10. lothones 12. grana, & sic tertia pars hujus albi fuit *materia aliena* ab argento) und sollen solch Wyßpenninge, wysse schöne gemacht, und gantz usbereit 112., und nicht mehe, eine Cölliſche Marck wiegen, und 24. der vorgerürten Wyßpenninge einen Gulden gelden. Erat florenus *rotatus* 48. petermengorum, sive 4. capitell. Conf. dicta *ad Clem.* 2. *de Mag.* §. XX. *in Observat.* & §. XXIV.

**** Ibid. Desgleichen soll man Müntzen halbe wisse penning, gleich gut an silber als die Wyßpenning; 224. auf eine Cölliſche Marck. NB. hi dimidii albi non vocantur hìc ampliùs *Anglici*, sicut 1417., quia re verà hoc nomen non merebantur, quod olim habuerat moneta 3. *Cruciator.* Trevir. Vid. dicta *ad Clem. cit.* §. XIX. *in not.*

***** Und Dryling, glich gut an silber als die Wyßpennige: der Dryling 448. sollen auf eine Cölliſche Marck gehen. Hósce *Trilingos* aliàs censui à valore *trium crucìatorum* esse dictos, sed verius est, nomen istud descendere à valore *trium Hallens. rotatorum.* Vid. dicta *ad Clem. cit.* §. XX. *in Observ.* Adde *Joachim in Tomul.* 9. *pag.* 54., ubi ex *Wenckero* edidit Conventionem monetariam *Werneri* cum Electoribus, Moguntino, & Colonienſi, de an. 1400., quæ voluit *quatuor* trilingos facere illum album, quorum $20\frac{1}{2}$. præstarent florenum auri.

****** Man soll Heller muntzen, die sollen halten 5. pfenning syns silber (i. e. 6. Loth 15. gran) der sollen 52. ein Loth wygen, und 12. der obgedachten Wyßpenning (i. e. 2. petermengorum) einen gelten. Confer ordin. monet. de an. 1425., ubi adhuc confunduntur isti Hallenses cum morgionibus: Heller, und moirgen. Ast anno 1502. morgiones *antiqui* dividebantur ab *Hallensibus*, & *octo* prædictorum morgionum fecerunt unum album rotatum, 12. Hall. rot. Cit. Ordin. *Joannis* Badensis: Die alten Moerger von selben schlag 8. vor einen alb. Erat igitur unus talis morgio, olim *Hallensis*, ex tunc *denarius rotatus.* Adsunt adhuc Moguntinenses, & Trevirenses, etiam *posteriores Joanne* Badensi, e. g. *Jacobi* ab Elz, *Joannis* à Schönenberg, quorum 52. librant, sicut probavi unam semunciam, sed tenent tantùm $4\frac{1}{2}$. penningum puri argenti, sive 6. lothones. Hallensium verò loco alii cusi sunt similes *bracteatis* nummulis.

Landesbibliothek Oldenburg

VII. Illo igitur tempore stetit florenus auri 24. *albis rotatis*, sive 48. petermengis, diu, nempè usque ad an. 1468., quo incepit valere 25. *tales albos*, & ascendit paulatim usque ad 44. *

* Ordin. monet. *Joannis* Bad. de an. 1502. damit ein igklicher wissens habe, was der Rinsche Golt-Gulden eines iglichen Jars, synt der Gulden höer dan 24. *alb.* gestiegen, im stifft Trier gegolten habe, so ist ein solches unterschiedlich hernach beschrieben; nempè an. 1468., & 69. 25. *albos*, 50. peterm. *Albus rotatus* istis annis valuit, sicut in præcedentibus, nempè 12. *Hall. rot.* Anno 1475. 27. *alb.*, 54. petermengis: Ecce modernum *Dalerum Imperii* in pagamento, cujus nomen Sæc. XVI. medio surrogabatur floreno aureo Rhenensi. An. 1476. 28. *alb.*, & sic 56. peterm., planè sicut an. 1551. *Carolus* V. ire totidem albos Rhenenses voluit in Dalerum Imperii ad 72. *cruciatos*, gravis monetæ, id est, *quartas unius triarii* Trevir. Anno 1477. & 78. valuit 29. *alb.*, 58. peterm. An. 1479. & 80. 30. *alb.*, 60. peterm. & sic florenus Rhen. auri fuit tanti, quanti anno 1313. *florenus de Florentiâ*, qui tamen longè præstabat illo. An. 1481. & 82. 31. *alb.*, 62. peterm. An. 1483. 84. 85. similiter. An. 1486. 87. 88, 89. 32. *alb.* 64. peterm. An. 1490. & 91. 33. *alb.*, 66. peterm. An. 1492. & 93. 36. *alb.*, 72. peterm. Et hæc est illa epocha, à quâ iste florenus auri *ad 6. capitella* computabatur, quem modum Curiæ Trevirenses in mulctis, & honorariis servant hodieque, prout quoque in almâ Universitate nostrâ florenus auri solvitur per 6. capitella, licet plus valeat *in naturâ*. An. 1494. constabat 37. *imò* 38. *alb.*, 76. peterm. An. 1495. 39. *alb.*, 78. peterm. An. 1496. 40. *alb.* 80. peterm. An. 1497. 41. *alb.*, 82. peterm. An. 1498. & 99. 42. *alb.*, 84. peterm. & sic 7. capitellis, sicut ab initio sic nuncupatus der 7-Kopfstucks-Thaler. An. 1500., & 1501. 43. *alb.*, 86. peterm. An. 1502. 44. *alb.*, 88. peterm. Cit. ordin. an. 1502. Hoc omne tribuendum raritati nummorum boni auri, & argenti, vilioritatique monetæ parvæ, der kleinen Hand-Müntz.

Observatio 1. Ipse quoque *albus rotatus in specie talis* ab anno 1476. paulatim ascendit à 12. *Hall.* ad 13. 14. 15. 20. *Hall.*, sicut ibi patet ad an. 1502. pag. 1182. Ein Triersch Blanck 20. Heller, pag. 1183. der Redder-*Albus* 20. Heller: numerabantur ergò in florenum auri istum anno 1475. 27. albi rotati; stantes adhuc 12. *Hal.*, posteà crevit albus rotatus, & florenus, pariter crescens ad plures, quàm 27. *primitivæ institutionis*, i. e. 12. *Hall.*, albos rotatos, solvebatur per pauciores albos rotatos *in specie tales*. Sic e. g. quando anno 1476. alb. rot. in specie stabat

Landesbibliothek Oldenburg

13. Hallensibus, florenus autem 28. albis, id est, 56. petermengis, dabantur pro floreno auri 26. albi rot. in specie, minùs duobus hallensibus: duodecies enim 28. Hall. sunt 336., & tredecies 26. sunt 338. Ita, cùm anno 1502. florenus iste valeret 44. albis, rotatus verò albus 20. Hallensibus, horum 26. unà cum 8. Hallens. numerabantur pro eo.; nam duodecies 44. sunt 528., & vigesies sexies 20. cum 8. pariter sunt 528.

Observatio 2. Quid ergo? Si creditori antiquitùs ante prædictum ascensum constitutus fuerit in censum annuus florenus auri, & solverit debitor aliàs tantùm 48. petermengos, an debuit e. g. anno 1502. solvere 88.?

℟. Si promisit debitor florenum auri *simpliciter*, & *taxando illum in obligatione ad* 24 *albos*, uniformiter solvet pro eo 4. capitella; quia sic ab initio contractûs fuit ad *certam alterius monetæ quantitatem* redactus, quam repræsentare satis est: quòdsi verò promisit florenum *auri in auro*, id est, *in specie*, & *naturâ*, solvet omni anno speciem hanc, quanti demùm illa valeat *solutionis tempore*: exemplum posterioris casûs esto ex quâdam obligatione de anno 1534. Vier alter kleiner Gulden gute von Gold, und schwehren Mayntziſchen Gewichtß um 100. Gold-Gulden, Wehrung, und Gewichtß obgenannt. Propter hoc invenio in computibus, census annuos florenorum auri diversimodè annotari: aliquando enim tantùm ponitur *florenus auri*, & solvebatur uniformiter pro 40, 48. 52. 54. petermengis, prout erat cursus *tempore contractûs*. Aliquando verò ponitur: *est aurum in auro*, & tunc reductio variabat: Exemplum dat computus Hospitalis S. Simeonis: Anno 1578. *Rmus Dnus Trevir.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureum æstimatum pro* $1\frac{1}{2}$. *flor.* (7. capitellis) *facit* 140. *flor.* intellige *Mosellanos*. Anno 1579. *Rmus Dnus Trevir.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureum æstimatum pro tribus florenis* 16. *alb. facit* 146. *flor.* 16. *alb.* Sic stetit usque ad an. 1582. *Rmus* Dnus *Trev.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureus æstimatus pro* 3. *flor.* 18. *alb. facit* 150. *flor.* Anno 1583. adhuc ampliùs: *Rmus* Dnus *Trev.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureum æstimatum pro* 23. *cum dimidio bacionibus* (erat bacio bonus) 156. fl. 16. *alb.* Anno 1584. *Rmus* D. *Trev.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureum æstimatum pro* 4. *floren. facit* 160. *flor.* Anno 1586. cecidit: *Rmus* D. *Trevir.* 40. *flor.* AURI IN AURO, *aureum æstimatum pro* 3. *flor.* 18. *alb. facit* 150. flor. Eandem variationem probat computus Præsentiariæ, dum 1590. pro 104. flor. auri Rhen. solvebantur 164. flor. *Mosell.* 16. albi, sive petermengi: anno 1592. 173. flor. 8. alb.: an. 1599. 177. flor. 16. alb.: an. 1611. 195. flor. 21. alb.: an. 1614. 208. flor.: anno

anno 1617. 224. flor. 16. alb.: anno 1618. 234. flor.: anno 1690. & seqq. 312. flor. *mosellani.*

VIII. Quòd *florenus* veterum *rotatus* steterit in pagamento 24. *duplicatis* petermengis nostris, possem multis exemplis demonstrare; aliqua tantùm adducam ex computibus S. Simeonis, * unà cum monito Chronistæ Limpurgensis ad an. 1495. **Ein Gold-Gulden, und gemeine Gulden, seint vor 200. Jaren eben viel, und eins gewesen; aber bald abgesondert worden, also, daß der gemeine Gulden** 24. albus, **und der Gold-Gulden** 26. albus, **das waren** 13. Tornes, **erachtet worden.**

* In computibus Præsentiariæ Sæc. XV. notatur Ecclesia in Pfaffendorff debere 1. flor. 1. *alb.*, sive 25. *albos rotatos*: erant ergò 24. albi rotati 1. flor. rotat., ideòque illi 25. solvi consueverant anno 1520. & seqq. per 2. flor. mosel. 2. alb., i. e. 50. peterm. Idem de an. 1520. *Abbas, & Conventus in Rommersdorff* 16. *florenos rotatos, facientes* 32. flor. Idem ad an. 1528. *Hæredes Thys Petri in Alff* 4. flor. *rot.*, 8. flor. Item: in *Poltersdorff* 2. flor. *rot. facientes* 4. flor. Sonat autem hæc posterior obligatio de an. 1481. sic: Zwee Rynscher Gulden goden groben silbernen Müntz Trierischen pajaments. Idem de an. 1536. 52. *floreni rotati faciunt in monetâ Trevirensi* 104. flor. Item: 39. *floreni rotati* 14. *alb.* faciunt *in monetâ Trevir.* 79. flor. 4. *alb.* Item 155. *floreni rotati cum* 16. *alb. rotat. faciunt in mon. Trevir.* 311. *florein* 8. *alb.* Consonant obligationes, una de anno 1541. Zweye Rader-Gulden Müntz, je fieren zwentzig Rader-*albus* vor einen Gulden, und zwölff Rader-Haller vor einen albus: altera de an. 1543. drey Gulden Rader-Müntzen, ehe 24. Wyßpenninck vur iglichen Gulden, und vor yden Wißpennynck echt Rader-pennynck gerechnet. Solvebantur *tres* tales floreni per *sex*, & *duo* per *quatuor* floren. Mosellæ. Idem claret ex computu Hospitalis de an. 1552. 67. flor. *rotatos*, & *medium album*: *facit* 134. flor. 1. *alb.* Item: 113. *floren. rotatos*: *facit* 236. flor. Item: 37. flor. *rot. cum dimidio*: *facit* 75. fl. Confer. *Chronic. Limpurg.* Prodromi Hist. dipl. Trevir. Tom. 2. pag. 1118. ad an. 1477. In diesem Jahr die Capell zu Dornpach S. *Wandalini* gebauwet, und gewihet worden: dem Herrn Weybischoffen verehret fünff Golt-Gulden, verechnet jeden per 26. albos, faciunt 5. Gulden 10. *alb.* Erat hìc *floren. aureus* 52., *florenus* 48., *albus* 2. petermengi.

Landesbibliothek Oldenburg

Observatio 1. Equidem Trevirenses, cœterique Mosellani, suum quoque florenum, 24. *duntaxat petermengorum*, den Mosel-Gülden, vocitârunt einen Gulden Rotat, einen Rader-Gulden; quem morem jam deprehendo anno 1615. viguisse, ubi in computu Præsentiariæ: 104. *floren. auri, singulum computando pro* 2. FLOR. ROT. *faciunt* 208. *flor.*; estque hæc acceptio legalisata in der Lands-Ordnung ratione dotis in monasteria inrendæ *tit.* 3. §. 2. In der Hofgerichts-Ordnung ratione summæ appellabilis *part.* 3. tit. 2. §. 5. Verùm hoc est accipiendum respectivè ad *minores* 24. petermengis *florenos*, e. g. *Brabanticum* 2. Schillingorum, sive 18. peterm., *mercatorium*, de quo suprà, 20. peterm., & sic dictum *simplicem*, den schlechten Gulden, 10. peterm., cujus exempla duo promo ex computu Præsentiariæ S. Simeonis de an. 1590. *Dedit* 150. *flor. simplices antiqua moneta Trevir. facit* 62. *flor.* (Mosell.) 12. *alb.* Item: *dedit* 300. *flor. simplices antiqu. monet. Trevir. facit* 125. *flor.* Similiter an. 1594. 75. *floreni simplices faciunt* 31. *flor.* 6. *alb.*, i. e. 750. petermeng.

Additio. Hos florenos suos *simplices* in obligationibus expressuri Treviri sic ponebant, ût in literis pergam. Confraternit. B. M. V. ad S. Simeonem de an. 1550. Zween Gulden Gelds jährlicher erblicher Rhenden, je vier und zwentzig Wyßpenning schlechter trierischer Wehrung, wie jetz zur Zyt binnen der Statt Trier gengh, und gebe ist, vor jeden Gulden zu rechnen; rubricatæ sunt: *litera duorum florenorum* SIMPLICIUM. Eodem anno quidam vendebat vier Gulten Gelds, je vier und zwentzig Weißpfenningk schlechter Trierischer Wehrung &c. ût mox suprà, um 100. Gulden obgemelter Muntzen: Solvebantur pro his quatuor florenis 1. flor. 16. albi, i. e. 40. petermengi: ergò unus stetit 10. petermengis, id quod sanè paradoxum est, cùm non appareat, cujusmodi extiterit albus ille parvus, quorum 24. fecissent 10. petermengos. Quòdsi omittebatur ò schlecht, tunc pro floreno trierischer Wehrung solvebantur 24. petermengi, sicut probat solutio pensionis ex quodam prato in Iselsbach in vim obligationis de an. 1489. hujus tenoris: Vier Gulden, und 14. Weißpfenninge, ye vier-und zwentzig Wyßpenninge für einen Gulden gezehlet Trierischer Wehrung: Solvebantur 8. capitella, 14. petermengi.

Observatio 2. Vulgaris florenus auri *Rhenensis* non solvebatur semper, sicut florenus *rotatus*, 48. petermengis, sed aliquando *paucioribus*: Anno 1497. ponit computans fabricæ S. Simeonis: *IV. floreni auri: facit 6. florenos, 16. albos*: unus ergò pro 40. petermengis. Anno 1500. computavit eum pro 1. flor. Mosel. 16. alb., i. e. similiter pro 40. peterm. Anno 1516.

Landesbibliothek Oldenburg

& 17. computavit Sigillifer Trevir. in libris Subsidiorum eum pro 35. albis Rheni, sive mediis bacionibus, quorum 30. hodie faciunt 36. petermengos, sive florenum Rhenensem. *VIII. flor. XIV. alb. Trevir. facit in monetâ rotatâ V. florenos* $4\frac{1}{1}$. *albos* 2. *Heller*: quinque floreni isti fecerunt 100. petermengos: restant 6. petermengi, qui tunc computabantur in 9. cruciatos Rhenenses, & 2. Heller., secùs, quàm hodie, ubi 10. desiderantur ad 6. peterm. Anno 1590. Præ entiarius S. Simeonis computavit aureum Rhen. mox pro 38. mox pro 39. petermengis: 1. flor. *aureum Rhen. facit 1. fl. 14. alb., 3. fl. r. Rhen. in auro, facit 4. fl. 38. alb. Item: 2. fl. Rhen. in auro, facit 3. fl. 4. alb., 4. aureos Rhen., facit 6. fl. 8. alb. Anno 1594. pro 40. peterm. 2. flor. *Rhenenses faciunt 3, flor. 8. alb.* Anno 1610. computavit eum pro 45. peterm. Anno 1613. solvit S. Maximinus S. Simeoni 100. flor. aureos in auro per 187. flor. Mosell. & 12. peterm.

IX. Quòd *albus rotatus*, sive, quod apud Treviros idem erat, *blanco Trevir.*, ein trierisch Blanck, alibi ein blanquette, Aquisgrani 2. Marck, valuerit duos petermengos, probant rursùs unâ voce computus S. Simeonis, * & Valvatio Colon. de an. 1572. apud *Budelium pag.* 263. der Rader-albus 2. schlechte albus: der halb-Rader-albus 12. Heller.

* Computus Cellerariæ de an. 1448. sic habet: 13. *Capitularibus, unicuique* BLANCONEM: *facit* 1. flor. 2. *alb.* i. e. 26. peterm. Idem de an. 1468. 20. *maldra utriusque fructûs, duo maldra pro* 12. BLANCONIBUS, *facit in summâ* 14. fl. 4. *alb.* i. e. 340. peterm. Computus Præsentiariæ de an. 1488. 36. *maldra siliginis, quodlibet pro* 20. BLANCONIBUS, *facit* 60. fl. i. e. 120. capitella: Item *tria maldra siliginis, quodlibet* 21. BLANCONIBUS, *facit in summâ* 14. fl. 4. *alb.* i. e. 340. peterm. Computus Præsentiariæ de an. 1488. 36. *maldra siliginis, quodlibet pro* 20. BLANCONIBUS, *facit* 60. fl. i. e. 120. capitella: Item *tria maldra siliginis, quodlibet* 21. BLANCONIBUS, *facit* 5. fl. 6. *alb.*: sunt 63. blancones, 126. petermengi. Anno 1490. 4. *maldra avenæ, maldrum pro* 21. BLANCONIBUS, *facit* 7. fl. i. e. 168. peterm. Computus Cellerariæ de an. 1497. 4. *maldra siliginis, de quolibet* 22. BLANCONES, *facit* 7. flor. 8. *alb.* i. e 176. peterm. Computus Præsentiariæ de an. 1502. 2. *maldra avenæ, maldrum pro* 19. BLANCONIBUS, *facit* 3. fl. 4. *alb.* Anno 1518. NB. 18. flor. 3. *alb. in* MON. ROT. $1\frac{1}{2}$. *Heller*: facit 36. flor. 6. alb. 3. Heller. Item *D. Wygandus consumpsit* 6. ALBOS ROTATOS, *recipiendo pecuniam in Romersdorff*, 12. *albos*. Anno

1519. 9 *maldra avenæ, quodlibet pro* 14. BLANCONIBUS, *facit* $10\frac{1}{2}$. *flor.*, i. e. 252. peterm. Computus Hönningenſ. de an. 1531. *Servis tribus portantibus uvas* 18. *dies, uni per diem* 2. *albos rotatos, facit* 9. *flor.*, i. e. 216. peterm. ſunt 108. albi rotati. Item *de vecturis botrorum* 36. *laigas, de unâ vecturâ* 1. *album rotatum, facit* 3. *flor.*, i. e. 6. capitella. Item *pro ſcrotatione* 16. *plauſtrorum, de uno novem albos rotatos, & 6. albos rotatos de uno dimidio plauſtro, facit florenos Trevericos* $12\frac{1}{2}$. Et ideò non ſubſiſtit, quod dicitur in *Tom. II. Hiſt. dipl. Trev. pag.* 890. de *Groſſis*, nempè *Jacobi* à Sirck, & *Joannis* Badenſis, ibid. pag. 883. ſub num. XX. & XXI. ſignatis, quòd ſint *de eorum genere, qui communi ſermone* Rader-albus *dicuntur*: ſunt etenim *groſſi albi*, Weiß-Groſchen, id eſt, duo Rader albi unusquisque. Genuinum Rader-*album* cerne ibidem ſub. num. XXIV. *Jacobi* Badenſis, malè vocatum ein Rader-ſchilling: idem lapſus contigit circa nummos *Richardi* Archiep., quorum primus ſub num. XXVI. eſt *Groſſus*, alter ſub num. XXVII. Rader albus. Similiter moneta *Joannis* à Petrâ ſub num. XXIX. non eſt Rader-ſchilling, ſed Rader-albus, qui tempore illo jam aſcenderat iterum ad 3. peterm., quemadmodum quoque ille *Joannis* à Schönenberg ſub num. XXXIV., quem rectè æſtimavit eſſe *dimidium* monetæ *Lotharii* à Metternich ſub num. XXXVI., 6. petermengorum. Conſpiciendum do Album *rotatum* civitatis Colonienſ. de anno 1518, qui æquiponderat 2. petermengis, in lothone tenet 7.



Obſervatio. Albo rotato æquiparavit *Mameranus* cit. in not. §. III. *Stuferum Brabanticum*, dum ſic ait: *Erat & nummus apud Romanos in* 12. *partes diviſibilis, quæ & ipſæ unciæ appellabantur, ejus fermè valoris, cujus eſt hodie* STUFERUS BRABANTINUS, *vel* ALBUS ROTATUS RHENENSIS. Et rursùs; STUFERI *triginta octo, ſeu totidem* ALBI ROTATI RHENENSES, *faciunt coronatum aureum ſolis unum, quem eundem* 46. *ſolidi Francici efficiunt, & undecim Riales Hiſpanici cum quartâ: totidem Julii Italici cum quartâ parte.* Conſentit Regiſtrum Abbatiæ Münſter Luxemburgi de an. 1402. Ein Blanck iſt ein Spaniſcher ſtüber. Hic poſtremus computa-

tor videtur intellexisse talem Stüfferum, quorum 12. tantum præstabant, quantum 20. alii Stüfferi. *Mameranus* autem comparavit albos rotatos *sui temporis* cum *Stüfferis*, quibus illi meliores non erant, imò aliquatenùs deteriores: pondus enim, & figura *Stüfferi* paulò major fuit, lotho idem, nempè 5. En unum anni 1636.



ALIAS figuras 5. vide apud *Buldenaer* pag. penult. Consentit valvatio Civitat. Colon. de an. 1534. apud Budelium: Ein Rader-albus 3. Schilling: Ein Brabantischer Stüfer 3. Schilling: Ast an. 1555. in valvatione Colonienſi-Juliacâ ab invicem distant valore: Ein Brabantischer Stüffer 20. Heller. Ein Rader-*albus*, 22. Heller. Treviris Stüfferorum *communium* Sæc. XV. ferè eadem ratio ad *petermengos* erat, quæ hodie, nempè, ut essent quidem majoris valoris, non tamen unus valeret duos, sive album rotatum, quando iste adhuc erat melior; quod probat computus Cellerariæ S. Simeonis de an. 1476. *In capitulo generali* 10. *personis*, *singulis* 2. STUFFEROS ANTIQUOS, *facit* 1. *fl.* $2\frac{1}{2}$. *alb.* i. e. $26\frac{1}{2}$. peterm. *Item in capitulo generali Andreæ* 13. *personis*, *unicuique* 2. STÜFFEROS NOVOS, *facit in summâ* 1. *flor.* $8\frac{1}{2}$. *alb.*

X. CUM *blanco*, sive *albus rotatus*, anno 1502. ascendisset ad 20. *Hallenses* rotatos, * quamvis duntaxat ad 12. stampatus fuisset, quatuor Rheni Electores antiquum pedem restituerunt, *novis* albis rotatis communiter cusis, quorum, ùt aliàs Sæc. XV. medio, 24. valerent unum Rhenensem *florenum auri de pagamento*, 26. verò unum *florenum auri in auro*: ** & sic prior florenus erat 48., posterior 52. petermengorum. ***

* AB initio usque ad annum 1475. inclusivè stetit *albus rotatus* 12. *Hall. rotatis*: sed an. 1476. 77. 78. valuit 13., an. 1479. 80. 81. 82. & 84. va-

luit 14., ab an. 1485. usque 1490. 15., & sic 5. *cruciatis* Trevir. An. 1490. usque 93. 16., an. 1494. 17., an. 1495., & 96. 18., & sic 6. *cruciatis* Trevir., sicut hodie triarius. An. 1497. 98. 99. valuit 19. *Hall. rot.*, an. 1500. 1501. 1502. planè 20. *Monet. Trevir. Prodrom. Tom. 2. pag.* 1183. Atque sic necesse fuit fabricari *novos* albos rotatos, deteriores antiquis, ad cursum illius temporis, qui præcisè iterum valerent 12. Hall. rot., i. e. 2. peterm., & non ultra. Hic est verus intellectus Ordinationis monetariæ *Joannis* Badensis de an. 1502., difficilis intellectu: corrige itaque, quidquid secùs dixeram in *brevi Instr. de Solido speciei*, nempè, quòd ibi sumatur *albus rotatus* pro *triario* Trevir., & *Hallensis rotatus* pro *duplo*, consequenter *florenus auri* pro 6. capitellis.

** Daß die Rader-Wyßpenningh, der da sees-und zwentzig eynen Rynschen Golt-Gulden gelten, und vier und zwentzig derselber Rader-Wyßpenningh für eynen Guloen an *pagament* gerechnet sullen werden, auch die halben Wyßpenningh (petermengi) pfenning (quatuor unum petermeng.) und Heller (sex 1. petermeng.) Rader-Geltß, nun hinfurter die werschafft syn, und bleiben sollen. *Cit. Monet. Trev.* Inhæsiva ordinatio prodiit an. 1537. daß hinfürter der Gold-Gulden mit dem silbernen Guldner gleich-geachtet (i. e. ne fieret posthac amplius distinctio inter florenum *pagamenti*, & florenum *auri*. Vid. suprà §. VIII.) und der wehr-pfenning darfür sein soll dreyzehen DOPPEL-Weißpfenning, oder Groschen (ad 4. petermeng.) sechs-und zwantzig EYTLETZE-TER Rader-Weis-pfenning (ad 2. petermeng.) zween-und fünffzig HALB-Rader-Weiß-pfenning (unus petermengus) Item 8. pfenning (8. dupli Trevir.) oder zwölff Heller (puta rotatos) für einen Weyßpfenning (nempè pro albo rotato) item 4. pfenning, oder sechs Heller für einen halben-Weyßpenning, scilicet pro petermengo.

*** In hoc valore invenio anno 1520. florenum auri solutum fuisse ab *exteris* Præsentiario S. Simeonis: *Civitas Colon.* 5. *floren. auri*, *facientes* 10. *flor.* 20. *alb.*, i. e. 260. petermeng. Item *eadem civitas* 2. *flor. auri*, *facientes* 4. *flor.* 8. *alb.* i. e. 104. petermeng. Vid. suprà §. VII. in not. ad an. 1471. Plurima afferre possem exempla floreni auri 52. petermengis soluti. Sed *indigenæ* pro eo solvebant 54. petermengos. Ibid. 4. *floreni auri faciunt* 9. *florenos*, id est, 216. petermengos. Et nota, quod nos modò vocamus einen Reichs-Thaler, hoc sæculo XVI. adhuc sub *Carolo* V. vocatum fuisse ein Gold-Gulden.

XI. Quoniam verò *Carolus* V., & Imperium anno 1551. fixit *florenum auri*, posteà, & hodieque dictum *Dalerum Imperia-*

Landesbibliothek Oldenburg

lem, ad 72. *cruciatos* graves, quorum figuram quære in Rec. Imp. de an. 1559., & 26. albi rotati eosdem non videbantur adæquare; * ideò de consensu Electorum Rhenensium sic decrevit: **acht und zwantzig GANTZE Weißpfenning** (albi rotati) **sechs- und funffzig HALBE Weißpfenning** (petermengi) **sollen einen Gold-Gulden, oder zween-und siebenzig Kreutzer** (faciunt cruciatos *Rhenenses* 90.) **gelten.**

* JAM notavi supra §. VIII. in Observ. 1., quòd anno 1516. *sex petermengi* tantùm æstimarentur 9. *cruciatis Rhen.* 2. *heller.* Florenus auri argenteus *Caroli* V. fecit 12. *bonos grossos duplicatos*, schwehre doppelte Kayser-Groschen, quorum quilibet valeret 3. *Anglicos* veterum, sive 3. Marien-Groschen: quilibet *gravis grossus* constitit 6. *gravibus* cruciatis, singulis horum, ùt nunc quoque, repræsentandis per 3. *duplos* Trevir. Ad faciendum itaque *unum grossum duplicem* ejusmodi desiderabantur 18. dupli Trevir.; sed 4. *petermengi*, queis constabat *grossus Rhenensis*, sistebant *tantùm* 16. *duplos* Trevir., hinc poscebantur $15\frac{1}{2}$. *grossi Rhenenses*, sive 27. *albi rotati* pro æquivalenti 12. *grossorum duplicium*, 27. *simplicium* Cæsareorum, aut 18. triariorum Trevir. Sive, 72. cruciati Cæsarei fecerunt 216. duplos Trevir. 52. petermengi tantùm 208, debebant ergò ad 52. adhuc duo adjici, quod ipsum tamen nondum videbatur Imperio satis, hinc rotundè poposcit 28. albos rotatos, à quo rigore tamen posteà recedebatur ad 27., sive 54. petermengos, id quod hodieque servatur, erátque jam sic florenus Rhenensis æstimatus anno 1518. in computu Præsentiariæ S. Simeonis: *Magistro Leonardo ratione Syndicatûs* 1. flor. *Rhen. facit* 2. *flor.* 6. *alb.*, i. e. 54. petermeng.; quamvis ibidem quoque adscribantur tantùm 52. petermengi: *in Clotten tres flor. Rhen., facit* 6. flor. 12. *alb.* Adde valvationem Colonienf. Cliv. Jul. & Montium de anno 1534. apud Budelium: Ein Golt-Gulten 27. Nader-albus, schlechtes Geldß 36. alb., i. e. 54. petermeng. Albus *simplex* hìc sumitur pro sæpè dicto medio triario.

Observatio. Quòd Cæsar, & Imperium istos Rhenenses albos tanti non fecerit, apparet ex Recess. Imp. an. 1526. §. 12. & an. 1529. §. 21. Und sollen 15. Batzen, 21. Meisner Groschen, 60. Kreutzer, und 26. albus, für den Gülden erlegt werden. Erat ein Reichs-Güldener, sive *Francónicus* florenus, 15. bacionum *bonorum*, quorum unus an. 1531. Coloniæ valvabatur ad 13. Nader-Pfenning, i. e. duplos Trevir. apud *Bude-*

Landesbibliothek Oldenburg

lium pag. 255. 60. Crucigeri faciebant 180. duplos: recipiebatur itaque unus albus pro 7. ferè duplis; quia septies 26. faciunt 182.

* JAM *ante annum* 1531. usus popularis, qui in confusione rei monetariæ plerumque determinationem facit valoris, requisiverat 56. petermengos ad sistendum florenum. Computus Hönningensis pro S. Simeone ad an. 1542. 4. *floreni rotati* (adverte, quòd florenus *pagamenti* jam fuerit juxta ordinationem Electorum Rhenens. de anno 1537. cum floreno *auri in auro* æquiparatus, & ideò exaltatus) *faciunt* 9. *flor.* 8. *albos monetæ nostræ*, id est, 224. petermengos, quos divide per 4., & pro quolibet floreno resultabunt 56. petermengi: Item: 5. *floreni rotati faciunt* 11. *flor.* 16. *alb.*, quasi nunc diceres: 5. Reichs-Thaler machen 280. petermenger. Item: $2\frac{1}{2}$. *flor. rotat. facit* 5. *flor.* 20. *alb.* i. e. 140. petermengos: erit rursùs *integer* florenus 56., *dimidius* 28. petermengi: similiter, *pro caseo, & butyro* 2. *flor. rot.*, *facit* 4. *flor.* 16. *alb.* i. e. 112. petermeng. Concordat computus vindemialis de an. 1543. pro meditullio Mosellæ, videlicet *Cusâ*, *Bernis-Castello*, *Enckirch*, & *Pünderich*, hunc florenum reddens per 56. petermengos: *pro scrotatione vinorum* $2\frac{2}{3}$. *flor. rot. facit* 5. *flor.* 20. *alb.* Item: *pro caseo, & butyro* 2. *flor. rotat.*, *facit* 4. *flor.* 16. *alb.*

Observatio. Ad hanc *Caroli* V. ordinationem de anno 1551. *Authaus*, subjunctus *Goldasti* Monetario Catholico, pag. 2. sic habet: Rheinische *albus*, oder Weyßpfenning gehören auf die Marck 76. stuck, halten fein 5. Loth: Kombt die Marck aus *pro* 10. fl. 25. Creutzer: gelten 28. albus 72. Creutzer. Hi sunt albi Rhenenses rotati: Halb-*albus*, oder Weißpfenning auf die Marck $152\frac{1}{2}$. stuck, halten fein 5. Loth: Kombt die Marck aus um 10. fl. $27\frac{1}{2}$. Creutzer. Gelten 56. stuck 72. Creutzer: hi sunt Trevirenses petermengi. Rheinische Pfenning, auf die Marck 688., 5. Loth 9. grän fein: Kombt die Marck aus um 10. fl. $43\frac{1}{4}$. Creutzer: Gelten 224. stück 72. Creutzer, und 8. einen albus: hi sunt Trevirenses dupli. Ex quo apparet, quòd *aliqua minutia ultra tres duplos* requisita fuerit ad unum cruciatum Cæsareum.

XII. NIHILOMINUS albus ille rotatus, *pro anno* 1502. *novus*, in terris Rhenensibus paulatim denuò cœpit ascendere *ultra* 12. *Hallens. rot.*, * sicut antiquus ab anno 1475. usque ad an. 1502., id quod denuò aliis vilioribus monetis adscribendum est.

* COM-

Landesbibliothek Oldenburg

* COMPUTUS Hönning. prædictus ad an. 1542. *Pro reparatione torcularis 5. albos rotatos, faciunt 12. alb.* i. e. petermeng., sive capitellum: ecce hìc unus albus rotatus tantum valuit, quantum unus modernus bacio Rhenanus: imò non hariolabitur, qui originem hujus *bacii*, eines Leichten, oder Rheinischen Batzens, quorum 15. faciunt modernum florenum Rhenensem ad 36. petermengos, trahat ab albis rotatis. Item ibid. *Octo albi rotati faciunt 18. albos simplices*; cùm de suâ stampâ debuissent tantùm facere 16.: Erat igitur quilibet *uno duplo* Trevir. æstimabilior. *Octo floren. 14. albi rot., faciunt in simplici monetâ 20. flor. 9. Heller*, i. e. 481. petermeng. minùs unâ quartâ unius peterm.; hoc modo fecerunt tres albi rotati septem petermengos, id quod disertè alius passus dicit: *6. albi rotati faciunt 14. albos*; imò aliquid adhuc superabat, sicut patet ex aliâ positione, quando 16. albi rotati *conjunctim* erogati faciebant 1. flor. 18. alb. Concordat prædictus computus vindemiantis Moselani de an. 1543. *Duo flor. 21. albi rotati faciunt 6. floren. 18. alb.*: fuit florenus rotatus 56. petermengi: 21. albi rotati fecerunt 50. petermengos, & sic non amplius ibant 26. albi rotati in unum florenum: ita continuavit crescere in valore albus rotatus, qui anno 1502. repercussus erat ad 2. petermengos, donec & ipse, sicut albus rotatus ante an. 1502. cusus, perveniret ad 3. petermeng. Hinc jam anno 1557., & iterum anno 1659. telonio-graphus in *Engers Cunonis* à Camerâ Electorali jussus fuerat, pro *albo rotato moneta Trevir.* computare *tres albos* simplices. *Brev. Instr. de Solid. spec.* §. XXV. *in not.*

XIII. DE *solido demùm rotato* jam aliàs rectè statueram generalem regulam: *qualis albus, talis solidus*: albi illius, qui vocabatur Sæc. XIV. passim *Anglicus*, sive Sterlingus, solidus, i. e. dimidia ejus pars, erat *cruciatus* Imperii: *albi simplicis*, sive petermengi, solidus erat *cruciatus* Trevirensis: *albi rotati* solidus, i. e. dimidium ejus, est petermengus. *

* ITA Waradinus Colon. respondit anno 1683. Regimini Electorali Trevir. Befinde in denen Müntz-Observationibus, daß 2. Rader-Schilling allezeit gewesen seynd ein Rader-albus. Hist. dipl. Trev. Tom. 2. pag. 890. Consonant duo documenta anni 1582. Primum est valvatio monetaria Colonienſis apud *Budelium* pag. 264. Rader-albus, und Feuer-Eisen 2. albus; Raderschilling 1. alb., & pag. 265. Rader-

albus 30. Heller. Rader-Schilling 15. Heller. Secundum est relatio Visitatorum Sti-Maximini in Schwabenheim supra §. V. Ein Schilling thuet 6. Heller, 2. Schilling einen albus: Zwölff Heller machen einen albus. Adde valvationem Colon-Westphalicam de anno 1572. Rader-*albus* 2. schlechte albus. Der Halb-Rader-*albus* 12. Heller. Der Halb-Batz 18. Heller. Ein Schillings-Pfenning 6. Heller. Sumitur hìc Hallensis *simplex* pro Trevirensi. Consentit *Köhler* vom Müntz-weesen pag. 421. Man hat aber auch auſſer diesen Cöllnischen Albus noch andere, so Räder-Albus heiſſen, und so viel, als ein Kayser-Groschen, gelten. Ein Rader-Albus thut 16. Cöllnische Pfenninge, und ein gemeiner Cöllnischer Albus nur 6. Pfen. Dahero thun 6. Rader-Albus auch 16. Gemeine Albus. Die Pfenninge aber sind so schlecht, daß 5. derselben 3. gute, oder $3\frac{3}{4}$. Rheinisch Pf. ausmachen. Schilling heiſſet die Helffte von beyderley Albus.

XIV. Ex hactenùs dictis frangitur nunc dura glacies, aperitúrque ænigma obscuræ illius pro nostro hoc tempore Ordinationis monetariæ *Joannis* Badens. Archiep. Trev. de an. 1502; * cujus clavis hæc est, quòd ibi *Hallensis rotatus* sint duo *Hallenses moderni Treverici*, sive *pars tertia* unius *Cruciati* Trev., quæ & *solidus* audiebat.

* Sic e. g. 1.) Ein trierisch schilling 4. Heller: i. e. Cruciatus Trevir. superavit cruciatum modernum 2. Hallens. Trevir., uno rotato, sic, ut tres illorum facerent 2. petermengos. Similiter ein Basler Creutzer.

2.) Ein Crutzer 5. Heller: facit $1\frac{2}{3}$tels Creutzer Trier. i. e. ultra 3. duplos nostrates, fuitque hic cruciatus major *Rhenensi*, nempè Cæsareus, ein Reichs-Creutzer, quorum 72. faciunt 90. Cruciat. Rhen., 108. cruciatos Trevir. Concordat valvatio Colonien. de an. 1531. apud *Budelium* pag. 255. Ein Creutzer 5. Rader-Heller.

3.) Eine gantze Strebe 8. Heller: i. e. 1. Petermenge $\frac{2}{3}$tels Creutzer Trierisch. Eine halbe Streb 4. Heller, i. e. $1\frac{1}{3}$. Creutzer Trierisch.

4.) Ein Baseler *Blappart* mit der Mergen, sive ein Marien-Blaffart, 1. alb. i. e. 2. petermenger: valuit album rotatum.

Landesbibliothek Oldenburg

5.) Ein Schlangen-*Blappart* 14. Heller, i. e. 2. petermenger $\frac{2}{3}$tels Creutzer trierisch. Erat moneta Argentinensis unius *grossi Cæsarei*, sive eines guten Groschens, 3. cruciatorum *bonorum*, sive 9. duplorum Trevir., Coloniæ an. 1531. valvata ad 9. Rader-Pfenning, quod recidit in idem.

6.) Ein Dubel-*Gosler* 16. Heller, i. e. 2. peterm. $1\frac{1}{3}$tels Creutzer trierisch. Coloniæ anno 1531. fuit devalvatus ad 9. Rader-pfenning, i. e. 2. peterm. 2. denar. simpl. Trevir.

7.) Ein Duitscher *Hermanus*-Blanck 17. Heller i. e. 2. Petermeng. $1\frac{2}{3}$tels Creutzer trierisch. Erat hæc medietas *Grossi* Turonensis *Hermanniani*, quem exhibui in *Dissert. de Grosso Turon.* §. X.

8.) Ein Metzer-planck 2. albos, i. e. 4. Petermeng. Ex quo collige, quàm bonus fuerit *grossus* antiquior Metensis, sive petia *duorum* blanconum. Concordat valvatio Colon. de an. 1531. Metzer-Blancken 2. Rader-albus.

9.) Ein Franckforter *Tornes* 2. alb. 3. Heller. i. e. 4. Petermeng. 1. Xr. tr. Concordat valvatio Colon. de an. 1531. Franckfurter thornisch 18. Rader-Pfenning, i. e. 18. dupl. Trev.

Ex valvatione Colonienſi de an. 1531.

1.) Ein Halb-Batz (erat de *bonis*) $6\frac{1}{2}$. Pfenning. i. e. 6. Dublen, ein Pfenning trierisch.

2.) Ein gantzer Batz 13. Rader-Pfenning, i. e. $6\frac{1}{2}$. Creutzer Trierisch: hoc benè adverte, ne priscum bassum æstimes solùm 6. Cruciatis Trevir., de quo *magis aucto* anno 1550. scripsit *Mameranus* in Supput. priscæ mon. *Horum communium denariorum* (loquitur de rotatis) *Germanicorum* QUATUORDECIM *unum constituunt bassum.* Consentit rubrica valvationis Moguntino-Trevirensis de an. 1587.: zu verstehen, daß 24. albus einen Gulden, 8. pfenning einen albus, und 14. deroselben pfenning einen Batzen machen, oder ausbrengen.

3.) Groschen, so $2\frac{1}{2}$. Batzen gelten, Zehener genennt, 4. Rader-albus. i. e. 8. Petermeng. Computa hunc grossum ad valvationem boni bacionis, & intellige tandem, quod toties jam monui de *bono* cruciato.

Landesbibliothek Oldenburg

Cuneum effigiatum hujus *Grossi denarii*, sive 10. cruciatorum, vide in Receff. Imp. de anno 1559.

Ex valvatione Colon. Cliv. &c. de anno 1534.

Ein Rader-albus 16. Heller. Sumitur hîc Hallensis pro Trevirensi penningo moderno, sive *dimidiâ parte* unius penningi rotati, sicut *Mameranus* testatur, quòd *denarii Germanici*, quorum 14. constituunt Bassum, *contineant & ipsi singuli binos halleros*, ut 14. efficiant 28. halleros in uno basso, puta optimo illo, de quo valvatio civitatis Colon. de an. 1541. Ein Batz 29. Heller. Ein Rader-pfenning 2. Heller., & sic talis bacio unus $14\frac{1}{2}$. dupl. Trevir.

§. XIV. Quæ hactenùs deduxi de floreno, & albo *rotato*, non procedunt *de obligationibus Sæc. XVI. vergentis in Sæc. XVII.* in terris Trevirensis Mosellæ; utpote pro quibus *tò rotatus*, appositum *floreno* significat solùm 2. capitella, & appositum *albo* nostrum petermengum, * ad excludendos à solutione viliores albos, e. g. Colonienses.

* Ita lego anno 1592. quinque florenos, yeden zu 24. Wießp. Rader werung, wie im Ertz-stifft Trier gengh, und gebe ist, solutos esse per 10. capitella: ita anno 1615. obligationem annui censûs 60. *floren.*, quolibet pro 27. *albis rotat.* computato, quem Treviri vocabant *Francofurtanum* florenum: An. 1619. obligationem 50. *Daleror.*, quemlibet æstimando 30. *alb. rotat.*: Anno 1620. obligationem 100. *florenor.* Franckfurter wehrung, pro quolibet 27. *albos rot.* Anno 1623. obligationem 75. *flor. rot.*, pro quolibet 24. *alb. rot.* trierischer Müntzen: Demùm anno 1682. 100. *florein rotat*, jeden *ad* 24. guter *albus*, der *albus ad* 8. guter pfenningh gerechnet: Et tamen istæ pensiones solvebantur tantùm per *simplices* albos, sive petermengos. Hoc à fortiori procedit, quando obligatio Trevirensis de Sæc. XVII. ait simpliciter de albis, non addendo Rheinischer wehrung, aut si creditor ipse annotâsset in suo manuali: *current*; tunc enim manifestè sumuntur pro albis petermengi Trevir. Ita lego cuidam obligationi de anno 1623. ad 1500. rotat-Gulden Capitals, jeden zu 24. *alb. rotat* inscriptum: 1500. Gulden *current.* Ita in quâdam aliâ de an. 1626. $188\frac{1}{2}$. Gold-Gulden *per* 63. *alb.* thun 494.

Landesbibliothek Oldenburg

flor. 19½. *alb. current*: est florenus 2. capitellorum, sive 24. petermengor.

ÆNIGMA

Ad §. VIII. observat. 1. cum Addit.

MIHI fuit diu, qualiter veteres Treviri (modò enim ab usu hæc vilitas recessit) pro floreno *simplici*, **einen schlechten Gulden**, solverint 10. *albos*, i. e. petermengos, & tamen in obligationibus posuerint: **den Gulden zu** 24. *albus* **schlechter * Trierischer Werung**? Augetur hoc ænigma ex eo, quòd in venditione cujusdam domûs de an. 1582. pretium fuerint 120. **Gulden trierischer werung, den Gulden zu 6. Batzen zu rechnen**: emptor statim solvit 20. florenos tales, reliquos 100. vice mutui tenuit erga 4. pro 100.; quantum annuè solverit, notatur in dorso obligationis: 1. *flor.* 16. *alb.*, i. e. 40. petermeng.: intùs à margine scriptum est: 120. *floreni simplices*: sex igitur baciones hi fecerunt florenum unum talem 10. petermengorum. *Resolve sic*: bacio hic est petia dimidii triarii, de quâ jam sæpè, sive olim dictus *Anglicus*: sex faciunt 12. *cruciatos Imperii*: bis 12. dimidii cruciati, quemlibet pro 2. bonis denariis, **für 2. gute pfenning**, sumendo, erant illi miserabiles 24. albi, quos repræsentabant 10. petermengi. Probam fac, resolvendo 10. petermengos in *hallenses rotatos*: sunt 60: resolve quoque bacionem talem in hallenses rotatos, & invenies, quod quilibet fecerit 10.: *dimidium* ergò ejus, sive *cruciatus Imperii*, fecit 5. hallen. rotatos, vid. §. XIV. in not. 2., *quadrans* ejus 2½., & sic uno hall. rotato superabat ille vilis albus unum duplum Trevir. Tribuendum hoc est purè *usui populari*; neque enim reperitur *Principis* authoritas super floreno tam indigno floreni nomine: sed noli

Landesbibliothek Oldenburg

mirari: eadem popularitas fecit supra §. IV. Observ. 2. ex 10. petermengis 3. libras.

* QUÒDSI non esset appositum, etiam in obligationibus, *Sæc. XVI. antiquioribus*, schlechter trierischer wehrung, neque tamen etiam: Rader-Gulden, vel zu 24. Rader-albus, tunc semper accipietur cursus ordinarius, videlicet accipiendo florenum Treviris stipulatum pro 2. capitellis: Sic obligatio quædam de anno 1497., sonans ita: Sees Gulden Gelts guder groeber silbernen Müntz, als zu Triern in der statt zur Zyt genghe, und gemeine ist, vier, und zwentzig Wyspenning vur yetlichen Gulden zu rechnen, soluta semper fuit per 12. capitones, seu, ùt Galli, Belgæque dicunt, testones. Imò verò etiamsi foret in literis positum: schlechter trierischen wehrung, aut rubrica notaret florenos *simplices*, non tamen mox sequeretur, esse florenos 10. *petermengorum*; nam & veteres florenum 24. petermengorum vocabant *simplicem* per oppositionem ad rotatum: ita obligatio de anno 1571. sic sonans. Vier Gulden schlechter trierischer wehrung zu 24. Weyspenning, anno 1572. & seqq. solvebatur per 8. capitella. Qui igitur prætendit pro floreno tali solvere tantùm 10. petermengos, id docebit ex factis solutionibus.

Additio. Verba ista: guder grober silbernen Müntz non addunt majorem valorem, sive ipsi floreno, sive albis, per quos præstabatur florenus; sed unicè contrahunt obligationem debitoris, non *in vili, ac nimis parvâ monetâ*, sed in *speciebus nobilioribus*, restituendi mutuum, quo desuper provisum est in ipsis Recessibus Imperii Sæc. XVI. Sic anno 1616. contracta obligatio 3. Gulden 3. alb., den Gulden zu 24. alb., den alb. zu 8. denari, guten harten *pagaments*, non solvebatur aliter, quàm 75. petermengis.

TANTUM.

Landesbibliothek Oldenburg

PARERGA.

EX JURE GENTIUM.

TEXTUS.

Inde mutuum *appellatum est, quia ita à me tibi datur, ut* ex meo tuum *fiat.* Princ. Instit. Quib. mod. re contrah. obl.

Crisis. *Illud, quod mutuum mihi danti debet restitui, manet meum: quod restitui mihi non debet, fit tuum.*

Explico. *Materiale mutui, sive* corpora, *quidem transeunt in dominium mutuatarii;* quantitatis *autem, sive ejus, quod est* formale *hujus obligationis, dominium remanet penes me, qui mutuum dedi.*

EX JURE CANONICO.

Ad lib. III. Tit. XXV.

I. *Clerici sunt veri domini redituum beneficialium, sibi traditorum.*

II. *Superfluitas non est modus, auferendi eis hoc dominium.*

III. *Non ex lege* justitiæ, *sed* solius charitatis, *tenentur ex superfluis facere eleëmosynas;*

IV. *Largiores tamen, quàm laici.*

Ad Tit. XXVI.

Cap. 10. *h. t. malè restringitur passim ad terras, summo Pontifici* temporaliter *subjectas.*

Landesbibliothek Oldenburg

Ad Tit. XXVII.

Clericis non esse successum in bonis ab Ecclesiâ profectis, erat superinductum jus medii ævi, meritò à Wernero *Archiep. Trevir. sublatum; cùm esset valdè iniquum, jus spolii Episcopale, vel Collegium, præferri sanguini.*

Ad Tit. XXVIII.

Non obstante cap. 13. h. t., *Ecclesia nemini, præterquam Patrono, & Rectori suo, tenetur* gratis *concedere sepulturam intra muros suos.*

Ad Tit. XXIX.

I. *Parochianum* in ordine ad suscipienda Sacramenta, *etiam ipsius matrimonii, facit* quasi-*domicilium;*

II. *Ast*, in ordine ad consustinenda onera fabricarum *requiritur* jus communitatis, *aut saltem* incolatûs:

III. *Non igitur contribuunt* famuli fabricenses, *licet uxorati, qui e. g. commorantur in officinis ferri, vel minerarum, nisi appareat de* fixione laris.

Ad Tit. XXX.

I. *Etiam in N. L. decimæ sunt* juris divini, *prout contrapositi* juri canonico.

II. *Non tantùm*, quatenùs *sustentari debet parochus, sed etiam*

III. *Quatenùs in recognitionem divini dominii Deo solvenda est fructuum prædialium pars* præcisè *decima.*

CASUS

CASUS CANONICUS.

Sede Papali vacante moritur Germanus Canonicus mense Januario. Q. *Quis conferet?* R. *Collator ordinarius.*

EX JURE CIVILI.

Ad Lib. I. Cod. Tit. XIX.

I. *Princeps potest* aliquando *in gravamen creditorum dare* moratorium *debitori;*

II. *Non tamen* ultra 30. annos, *nec* sine justâ causâ, & fidejussione.

Ad Tit. XX.

Utroque jure *non solùm perpetuantur* annales actiones *per oblationem precum, & ad eas rescriptionem; sed* & ipsa rescripta justitiæ *perpetua sunt, non obstante* cap. 9. & 23. X. de rescript.

Ad Tit. XXI.

Ultrà expressa hìc in l. 2. *potest* pendente lite *impetrari* interpretatio authentica *privilegii, proprii, vel alieni; item privilegium* differens, *non* perimens *exactionem: imò de jure canonico etiam* perimens, *factâ litis-pendentiæ mentione,* Arg. cap. ult. X. ut lit. pend.

Ad Tit. XXII.

Relictâ l. 2. h. t., *jus canonicum in* cap. 20. de rescript. *secutum est legem* 5. *h. t, quæ mendaci precatori judicem non dat, ne-*

quidem ad cognoscendum saltem secundùm rei veritatem in principali.

Ad Tit. XXIII.

Ex l. 1. h. t. non eruitur, quòd rescriptum justitiæ, in causâ communi *impetratum, absque mandato prosit* consorti, *ad cujus personam non est in parte dispositivâ directum.*

Ad Tit. XXIV.

Profanis statuis Principum, insignium Philosophorum, legum inventorum &c. nullam cultûs speciem deferri debere, satis evincitur ex l. 2. h. t.

Ad Tit. XXV.

In l. un. h. t., & consonantibus non invenitur asylum contra persecutionem *delinquentium* publicam.

CASUS CIVILIS.

Famula recepta est ad annum erga victum, & mercedem: post mensem fit paralytica, nec toto ampliùs anno famulari potest. Q. An debeatur ei nihilominùs victus, & merces? R. *Non debetur.*

EX JURE PUBLICO S. R. I.

Preces Cæsareæ, quæ diriguntur ad Capitula, afficiunt duntaxat illos *Canonicatus, qui sunt* de turno Capituli, *non, qui pertinent ad alios, e. g. Generale studium.*

Landesbibliothek Oldenburg

EX JURE FEUDALI.

Sine consensu vasalli Dominus directus constituere nequit, ut deinceps, sublatis consuetudinibus, soli juri Longobardico sit locus in sua Curia.

EX JURE CRIMINALI.

Ebrietas à parte rei plena *est difficilis probationis:* juridicè *sufficiunt illa probandi media, quæ DD.* medico-legales *suggerunt, & ex quibus colligitur, quòd delinquens egerit* ùt brutum, *vel* ùt infans. *Et circa hoc plus auscultandi sunt Professores* medicinæ, *quàm* Jurium.

EX JURE TREVIRENSI.

In tit. 3. §. 2. der Lands-Ordnung *florenus rotatus non sumitur pro* 4., *sed pro* 2. *capitonibus.*

HISTORICUM.

Joannes *XXII. decidit, non posse* usum facti *separari ab* usu juris. *Quid tum? Idem verò* Joannes *neutiquam definivit sententiam, quam tenuit, animas ante extremum judicium nondum videre Deum intuitivè.*

J. O. H. D.

Landesbibliothek Oldenburg

Landesbibliothek Oldenburg